

[Accueil](#)
[Revenir à l'accueil](#)
[Collection Boite_039 | Freud. Sexualité. Folie. \(Cours de Vincennes\). Item Claude Lacroix. Theologia Moralis I \[illisible\] Concupiscentia. \[photocopie\]](#)

Claude Lacroix. Theologia Moralis I [illisible] Concupiscentia. [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb039_f0509

Source Boite_039 | Freud. Sexualité. Folie. (Cours de Vincennes).

Langue Français

Type Fiche Lecture

Références bibliographiques [Lacroix, Theologia moralis](#)

Référentiel BNF <https://data.bnf.fr/ark:/12148/cb30710757p>

Relation Numérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeur équipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 02/10/2019 Dernière modification le 23/04/2021

Données de data.bnf.fr

AUTEUR : Busenbaum, Hermann (1600-09-19 -- 1600-09-19)

TITRE Theologia moralis, antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata a R. P. Herm. Busenbaum, nunc pluribus partibus aucta a R. P. Claudio La Croix,... Editio altera... - Index locupletissimus resolutionum omnium quae continentur tam in "Medulla" R. P. Hermanni Busenbaum,... quam in omnibus ad illam a... P. Claudio La Croix,... factis additamentis secundum ordinem alphabeti digestus a R. P. Leonardo Colendall,...

LIEU DE
PUBLICATION Coloniae Agrippinae

DATE 1716/1720

EDITEUR Coloniae Agrippinae : apud S. Noethen , 1716-1720

tum de transfusione bonorum indebitorum, ergo peccatum Adami non merebatur impressionem talis qualitatis. 3. Si per originale contraheretur talis qualitas sergo pueri decadentes in solo originali haberent eam; & per eam postea actus in ordinatos in resumpro corpore, ut alii homines, consequens est contra S. Th. q. 5. de malo a. 3. in corp., ubi docet eos non esse habitu os actum inordinatum, & in 2. dist. 33. q. 2. in corp. & ad 5. dicit eos non fore separatos à Deo, quantum ad separationem naturalium bonorum, sed de Deo gaviluros naturali cognitio ne à dilectione. 4. Talis superaddita qualitas est frustanea, quia sine ea habetur concupiscentia, ut jam dicitur.

¶ 5. Concupiscentia physice loquendo, est entitas appetitus sensitivi, cum negatione perfectae subordinationis ad rectam rationem. Hæc videtur esse mens S. Th. q. 4. de malo a. 2. ad 4. Concupiscentia est ipsa promissa vel habilitas ad concupiscendum, que est ex hoc, quod vis concupisibilis non perfecte subditur rationi, sublatu freno originali justitia. Et probatur, nam includit entitatem appetitus sensitivi, qui sufficiens est radix inclinationis ad bonum deletabile, exclusa qualitate superaddita; non est tamen sola entitas appetitus, cum hæc sine concupiscentia fuerit in Christo & in Adamo pro statu innocentia, ac etiam futura sit in celo, ergo præter illum debet aliquid includere, habita autem simul negatione perfectæ subordinationis ad rectam rationem, quam subordinationem in statu innocentia dabant gratia & specialia Dei dona, jam habetur radicalis inclinatio ad bonum deletabile contra rationem, secundum dicta n. 68. & 69., ergo in his duobus physice conflitit concupiscentia.

¶ Obj. 1. SS. PP. dicunt Angelos non esse vulneratos in naturalibus sed solos homines. Similiter Trid. supra dicit, hominem in deterius esse commutatum, ergo cum homini nulla potentia naturalis sit sublatas, debet aliquid defectu os esse impressum. Conf. nam S. Aug. & S. Th apud Maurum n. 31, clare admittunt talem morbidam qualitatem natura superinductam. 2. Tantum volunt perdita esse dona gratuita, per quæ pars inferior non poterat relati superiori, ut rectè Saar. prolog. 4. de gr. 8., quod vulnus non est in Angelis, in quibus defectu appetitus non poterat esse rebellio pars inferioris contra superiori. Ad Conf. vocari à S. Aug. morbidam qualitatem vel affectum, tertia autem esse ipsam naturali m inclinationem sensualitatis viciam, non per positivam tabem, sed ex carentia justitiae originalis: & eodem modo S. Th. 1.2. q. 82. a. 1. vocat peccatum originale habitum corruptum, in quo si aliquid positivum, ipse videlicet potentia animæ non bene disposita, & aliquid privativum, nimur doordinatio ex carentia justitiae Originalis.

¶ Obj. 2. Est nunc poena peccati habere talem concupiscentiam, ergo debet esse aliquid plus quam appetitus & negotio donorum gratiarum. 3. Est poena ratione sui, n. ratione denudationis à donis gratuitis, c. ant. & n. conseq. Quod ratione sui non sit poena patet, nam fuisset in statu pure naturæ, uti n. 68. dictum est, nec tamen in illo fuisset poena peccati, quod cum potuisse abesse, & ideo S. Aug. 1. 3. de lib. arbitr. e. 20. ait haec spoliationem doni gratuitæ esse poenam, non quia homo factus est malus, sed quia in poenam peccati deficit esse melior: unde rectè insert Saar. de pecc. d. 9. l. 5. n. 7. hominem in puris naturalibus, & hominem nunc, quo ad hoc punctum, non aliter differre, quam sicut homo nudus differt à denudato: quod autem consequia non sentiat, pater in simili, nam mors est

nunc poena peccati, & tamen eadem naturaliter obvenisset in statu puræ naturæ, nec fuisset poena peccati.

¶ 6. Certum est concupiscentiam esse causam peccati, nam Jacobi 1. v. 14. dicitur, unusquisque verò tentatus à concupiscentia sua abstractus & ilectus; & probat experientia, quia ex concupiscentia motibus sepe sunt peccata, quia non fierent, si illi absentes: quamvis enim concupiscentia directè non agat in voluntatem, tamen varie eam ad peccatum trahit, imprimit obnubilando intellectum, qui dum sentitur vehementer delectatio, rapitur ad considerationem illius boni sensibilis, & impeditur à consideratione honestatis opposite: Deinde dissipando vires animæ, que vehementiore motu sensibili distrahit, infirmior est ad formandum vel audiendum rectæ rationis judicium: Denique proper sympatheticam quandam inclinationem partis superioris ad inferiorem, cum enim intellectus omnia cognoscat dependent ab imaginatione, sicut quod præcū imaginatio, naturaliter sequitur intellectus, ita quod præcū appetitio, naturaliter amat sequi voluntas.

¶ 7. Concupiscentia non est formaliter peccatum. Patet, quia concupiscentia remanet post Baptismum, qui tamen tollit omne hoc, quod est peccatum, uti definit Trid. suprà his verbis: Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hec S. Synodus facetus & sensu, que cum ad agomen relata sit, nocere non consentaneus sed viriliger, per Christi Jesu gratian repugnabit non valeat: hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat. S. Synodus declarat Ecclesiam Catholican nunquam prætexte peccatum appellari, quod verò propriè in reatu peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. Idem constat ex damnatione propositionis 24. Bajanæ, Concupiscentia carnis in reatu relapsis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur, peccatum est. Idem tenet expresse S. Aug. L. de Nupc. & concup. c. 13. Concupiscentia vocatur peccatum, quia peccato facta est, sicut vocatur lingua, locutio, quam faci lingua. Idem habet pluribus locis apud Bonaventuram de pecc. d. 10. d. 2. Eandem veritatem probat Bellarm. suprà c. 7. & seqq. Ratio autem jam est insinuata, quia concupiscentia non est de se mala, imo poterat esse à Deo, qui secundum dicta n. 68. potuisse creare hominem in pura natura, qui à Deo habuisset concupiscentiam.

Respondet Noris, apud Reques. n. 221. Deum potuisse creare hominem cum concupiscentia, sed non cum prædomino cora rationem, nec cum inclinazione appetitus ad in honesta, præponderante contra inclinationem voluntatis ad honesta, ut nunc sit. Contra est, quod male supponatur concupiscentiam ratione Originalis præcū è vehementer inclinare, si enim in quibusdam hominibus fortis inclinet, præsterim ad peccata carnis, &c. vel ratione peccatorum personalium, quæ commiserunt, vel ratione malorum habituum, quandoque etiam sine formaliter peccato acquisitorum, sic enim innocentes pueri, perpetuæ amantes, invincibiliter ignorantem malitiam, induiti per alios, aut qui aliter affuefecerunt naturam ad talia, vehementer inclinantur ad ista peccata: Et quoq; non raro major in uno quam in alio inclinatio ad quædam vitia, ob diversitatem organorum vel temperamenti: De cetero concupiscentia, quantum est ratione Originalis, licet naturaliter plus inclinet ad objecum deletabile, quod est affinis in honesto quam honesto, tamen manet sub potestate rationis, ut coercetur, & sepe sine magna difficultate, ut patet in plurimis hominibus, qui innocentiter educati, etiam postea, quando natura

BnF
MSS

